Ad reuerendiſſimū in xp̄o patrē ⁊ dn̄m. Nicholaū Frieſz theo-
logū celeberrimū. ep̄m tripolitañ. ordinis heremitarū ſcti Au-
guſtini. fratris Tilmānī limperger Memorate religionis pfeſ-
ſoris humillimi. prefatio. inſequens opꝰ canonū aurelij Augu
ſtini. eoꝝdēꝫ cōmentarioꝝ feliciter incipit.

Fuerunt multi preclariſſimi antiſtes. priſcis nouiſꝫ tp̄ibus. q̄ varijs virtutū ge-
neribus. varios laudis ⁊ glorie gradus adepti ſunt. Quidā eni corporis virībꝰ ⁊
membroꝝ firmitate ſubnixi. vł ſingulari certamine vel collatis cum hoſte ſignis
dimicantes. coronas aliudue ſil'e virtutis inſigne magna cū laude reportarunt
Nōnulli magis animi robore q̄ꝫ corporis vtētes. ad ornandā mentē oē ſtudium curāꝫ
verterūt. Sed hoꝝ quidam ſoli intelligentie ſeruientes. ⁊ eas virtutes tm̄ que ad intel-
lectum ptinēt amplexati. ſolaꝫ ſpeculatione contenti. voluntatē preſtantiſſimā aīe par-
tem incultam dimiſere. ſicut Demoſthenes. ⁊ aliqñ Salomon. ſeniſſimꝰ nero ⁊ hoꝝ ſi-
miles. quoꝝ etſi doctrinā laudari mores tñ ac vitam dānari cognoſcimꝰ. Aliqui contē-
ptis intellectus ornamentis voluntati dūtaxat vacantes. iuſticiam. pietatē. miſericordiā
caritatē. ceteraſꝫ eius generis virtutes. doctrine rerūꝫ ſcīe pretulerunt. Ex hoꝝ nume
ro fuere Paulus heremitarum primus. Machariꝰ. Anthonius ⁊ plures alij. quoꝝ vi-
tam etſi ſanctā ab imitatione digniſſimam. ruſticam tñ appellat Hieronimꝰ. ꝙ verſutis
hereticoꝝ argumentis reſpōdere. ⁊ ſuccreſcētes in agro dn̄i vepres. neſciant euaginato
diuini verbi mucrone ſuccidere. Aliquot etiā licet eoꝝ numerꝰ intra minores limites cō
tineat͡. vtriuſꝫ intellectꝰ. ſ. ac voluntatis curam gerētes. ⁊ vtrūꝫ negociū fortiter ac ani
moſe ſuſcipientes. ſupra humanū morem euecti. ⁊ īmortali deo ſimillimi ſunt effecti. Q̄-
les fuere. Abraham populi dei primicerius. Moyſes legifer ⁊ hi precipue qui in chriſto
renati. veꝝ eterne ſalutis iter monſtrante deo cognouerunt. Iſtoꝝ multiplicem ac diui
nam ſcientiam. iſtoꝝ illibatiſſimos mores ⁊. meram vite puritatem contemplati. non ad
ſciendum tm̄ qđ demonū. veꝝ etiam ad bene beateꝫ viuendū qđ angeloꝝ eſt incitamur
inducimur. aīamur. accendimur. Tales apud latinos fuere Hieronimꝰ. Ambroſiꝰ. Gre
gorius. hoꝝ q̄ꝫ omniū princeps Auguſtinus aurelius. cuiꝰ tam fertile ac abundans di
uino munere ingenium fuit. vt ſacras litteras exponendo. magnā eternarum rerum co-
gnitionis partem. noſtroꝝ mentibus tradiderit. Hic qm̄ inter preclara volumina q̄ mul
ta compoſuit librū de inſtitutione perfecte vite edidiſſet. in quo magnis ⁊ validis inge
nij lacertis beatitudinem que ſurſum eſt complectens. tandem ex eminentia ſue contem
plationis ad mores hominū vſꝫ proſpiciens. clericorum conatos in perfectionis ſemi
tam certis legibus voluit ſegregare. vt quemadmodū in canonicis ſcripturis ob vite ex
emplaritatem. regale ſacerdotium. gens ſancta. populus acquiſitionis dicerent͡. eo pa-
cto mores viuendi inſtituerent ſanctiores. quo in edificandis xp̄ifidelium conatibus re
cta ratio cōmonefacere eos deſiſteret minime. Propterea idē ſanctiſſimus ⁊ doctiſſimus
parens noſter ſingulari libro omnium religioſoꝝ clericorūꝫ vitam texens normam vite
quam ſpeculum appellat. ſuis tradidit poſteris. Huius ego libri multiplicem vtilitatē.
vberrimā frugem. ⁊ modeſtis ac pijs ingenijs profuturam lectionem intelligens. igno
rari enim ⁊ in tenebris iacentē. ſitu blattiſꝫ conſumi. ferri nō potui. ſed inſtaurari ac diui
no nuper inuenti magiſterij beneficio multiplicari. ⁊ velut ex vna vite multis per propa
gines palmitibus educatis. vineam conficere curaui. Veꝝ tāetſi preclarum hoc Augu
ſtiniane inſtitutionis opus quidpiā latentis energie pſe habeat. quo vehementius ad
incitandas īmutandaſꝫ generoſas mentes ſufficiat. ex aduerſo nihilominus plures et
pene ſinguli huiuſce codices. tractu temporis tum incuria. tum etiam notarioꝝ penu-
ria quadam corrupti ſunt. vt diuerſas etiam ſua corruptione afferrent legentibus diffi
cultates. intellectūꝫ inſpicientium variarent. Suaſit tunc mihi ⁊ merito quidem q̄ꝫtum
vires ferebant. tam ſanctum tam celeſte tāꝫ diuinum opus. religione chriſtiane ad mo
dum vtile ac neceſſarium ad eum ordinem ſententiaſꝫ reducere quo legentibus intelli
gendi labor omnino facilioꝝ foret. Neꝫ doctiſſimos viros in ipſa caſtigatiōe fugi. ac-

a 2

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

accerſiui plures priuſqꝫ rem ipſam conducerem. nec tamen id honoris glorieue inanis
cauſa.quinpotius publici cõmodi auidus.rem in medium vſqꝫ perduxi. Iſcerte mos
maioribus noſtris inſedit.vt ſemper reipnblice.obliti proprij qneſtus.fauerent. eo.ipſe
omnem inſtitueram emendationis propoſitum.Cũqꝫ clariſſime preſul in omnibꝰ te vni
cum lumen ac decus noſtre religionis.cenſorem.iudicem.patrẽqꝫ humaniſſimũ ſemper
ſuſceperim.in preſntiarum ⁊ in re tam ardua ſuſcepturꝰ ſum.⁊ tali reuerentia hanc emẽ
dationem dominationi tue tãqꝫ equo ydoneoqꝫ iudici meritiſſime dedicaui.Tuũ itaqꝫ
ex innata tibi ſapientia ſolitaqꝫ humanitate officium erit.ſi ꝙ in hoc opere caſtigatione
dignum offenderis.limate corrigere.librataqꝫ ratione perfectã minꝰ ĩplenum vſqꝫ perfi-
cere.Accipe igitur preſtantiſſime pater ⁊ domine que dixi.non ſcientia aut eloquẽtia fre
tus.ſed affectione ſingulari tam illius feliciſſime recordatiõis diui Auguſtini patris no
ſtri.ꝙ ipſius ſacratiſſimi plantatiõis.qua nos idem parens in ſortẽ dei ſegregare ſtu-
duit.Velis eam ob rem tua pietate tuaqꝫ virtute.ipſãqꝫ religionem.⁊ hanc noſtram in
qua ortus educatuſqꝫ es/reni prouinciam.ab omni moleſtia maliqꝫ incurſiõe defenſam
atqꝫ pro virili iugiter protectam habere.opus quoqꝫ ipſum omni affectione amplecti
Vale.